

Lugdunense, Viennense, Florentinum, La-
A teranense, Tridentinum, in quibus absens cor-
pore, præsens autem spiritu & doctrina, tan-
quam *fulgentissimus sol*, potest conspicui. Quid plu-
ra? opera quæ ipse fecit; testimonium perhibent
de ipso. Plurima enim in Dei laudem, fidei dila-
tationem, eruditionemque studendum, clara
(cum sciens esset) famosa (cum cognitus) non
absque speciali Dei infusione perfecti; ut illud psal-
mi, Rigans montes de superioribus suis, de fructu
operum tuorum satiabitur terra, in eo verissimè sit

In bulla
canoza-
tio, An-
no Pon-
rif. 6.
Thomas
S. An-
gustino
concori.

est quod Urbanus sextus præcipiens Academiam
Toiosanam ut dicitur *B. Thomæ doctrinam tanquam
veridicam & catholicam scelerentur, eamque studeant B
totis viribus ampliare, affirmat eum, B. Augustini
vestigia insequentem, ecclesiam doctrinis & scien-
tijs quam plurimis adornasse*, hinc enim: *Schola-
sticorum Principu cum sublimissimo patre, con-
sensionem à Petri sede assertam ad certum. Qui-
bus pulcherrimè concinit visio quam refert S.*

p. 3. lit.
23. cap.
7.

Antoninus, & ex eo cæteri, B. Thomam ali-
quando videndum fe obtulisse B. Alberto Brixia-
no indutum habitu suæ religionis, pretiosis lapidi-
bus intexto, radios stellarum instar ejaculan-
tem, caput aureâ coronâ, discrimina actibus eam
margaritis redimitum, collum aureo simul argen-
teoque monili, pectus sole decoratum: Ejus autem
lateri vicinum stetit Episcopus veneranda cano-
nicæ, nec ornatu minori, nec paucioribus insigni-
bus, quam ipsum Aquinatem, & dixisse: *Thomæ
quem vides, doctrinam meam & Apostolice
in omnibus secutus est*: Ipse igitur mihi par
est in gloria, virginali me excellens munditia, &
ego illum Pontificali excellentia. Meritò igitur
Stephanus Parisiorum Episcopus pronuntiavit;

anno.
1325.

*hujus Sancti doctrina fulgere Ecclesiam, us sole lu-
nam: fuit enim universalis Ecclesie lumen præfulgen-
dam, gemma radicans clericorum, fons doctorum, uni-
versitatum speculum clarissimum, candelabrum insig-
ne ac lucens per quod omnes qui vias vitæ & scho-
las doctrinæ sanæ ingrediuntur, lumen vident,
claritate vitæ, famæ claræ, & scientiæ lucidæ velut
stella splendida & matutina resurgens, De quo
dominicanum officium, *Stilus brevis, grata facun-
dia, celsa, clara, firma sententia*. Stephano per om-
nia consentit Pius V. hunc sanctum Doctorem An-
gelicum & clarissimum ecclesie Dei lumen appel-
lans, quando natalem ejus diem quemadmodum
4. Ecclesie Doctorum, officio duplici in omni-
bus orbis terrarum partibus jubet honorari: Huic
ergo, deferendum est, cum sit *grandis ecclesie colum-
na, validissimus hæreticorum malleus, abyssus sapien-
tiæ, flos Theologiæ, princeps Scholasticæ*, homo
qui de fonte divinitatis bibit, *Cherubim prop-
ter scientiam, & Seraphim per amoris ignem*,
ut non solum *Communis & Angelicus, sed & E
quinitus ecclesie Doctor*, ubique terrarum audiat.
Ejus enim doctrina non privati alicujus calculo,
sed ecclesie totius autoritate recepta & compro-
bata universo orbi proponitur.*

Dicitur
in bulla
anni
1567.

Cum Ezechiel aspiceret quatuor animalia, pro-
priè quatuor Evangelistas, per accommodationem
verò quatuor ecclesie Patres ac Doctores signifi-
cantia, apparuit *rota una super terram juxta ani-
malia habens quatuor facies*. An non præter qua-
tuor Evangelistas, præter quatuor Doctores, unus
suscipit debuit qui rotæ instar staret juxta illos,
habens eorum facies, ambulans cum illis, ele-
vatus cum illis? Ad hæc quis tam idoneus, sicut
nosser Aquinas? Rota ex omni parte volvitur,
angulos non habet, terram puncto tangit, in cate-
ris partibus elevatur: B. Thomas ex omni parte
volvitur, quia nec adversitate tetinetur, nec
prosperitatibus elevatur: Inter adversa fortis,
& inter prospera humilis, nec timoris habet an-
gulum, nec elationis. Terram puncto tangebatur,
dum solo corpore peregrinabatur per eam; inte-
rius quæ sursum sunt quærens, non quæ super ter-
ram; ut verissimè cum Apostolo dicere posset,
nostra autem conversatio in cælis est. Et quamvis
contemplatione ferretur in cæsum, apparebat
nihilominus super terram, quia etsi loqueretur
sapientiam inter perfectos, parvulus tamen lac po-
tum dabatur. Habet & ipse quemadmodum rota
Ezechielis quatuor facies, non solum quia per
gratiam eruditionis in quatuor mundi partes no-
minatus innouit; sed vel maxime quia facies qua-
tuor animalium induit, dum & Evangelistas expli-
cat & Doctores. Cum enim B. Joannes Damascenus,
Petrus Lombardus, alique posteriores
theologiam in scriptis Patrum dispersam, & latissi-
mis, veluti campis huc illuc in frustra magis quam
in membra divisa collegissent: beatus Thomas
in illustrem illam certissimo ordine, pulcherrima
methodo, & differendè subtilissimo artificio scrip-
tam theologiæ summam ita conclusit omnia,
ut palmam antiquioribus posterisque omnibus
in eo scribendi genere citra controversiam ademe-
ret. Unus D. Thomas (ait Henricus) *Latine In
ecclesie quintus Doctor, ac totius orbis lumen, proemi-
sacram theologia apud Patres dispersam, & ab summa
ipso in quæstionibus longè disputatis positam, moralis
redegit in unam brevem summam theologiæ vere
Angelicam, & miro ac scientifico ordine dispo-
sitam. Aspectus rotarum, & opus earum; quasi vi-
sio maris, id est, quantum ad colorem & opus, ha-
bebant similitudinem maris. An non Aquinas,
Aquinatque doctrina, mare magnum & spatio-
sum, cum in ea magna sint volumina sententiarum,
cumuli sensuum, firmæ tam de Baptismo,
tùm de Pœnitentiæ doctrinæ, reconditorum-
que mysteriorum sentus? Addit Ezechiel, &
una similitudo ipsarum quatuor, & aspectus earum.
& opera earum quasi sit rota in medio rotæ, hoc est,
Tanta erat similitudo rotarum quatuor sequentiũ
animalia quatuor, ut una rota verissimè crederetur,
ac nihilominus aspectus earum erat quasi rota in
rota, ut non unam rotam crederes, sed alteram alte-
ri copulatam. Similiter & B. Thomas, ita quatuor
Evangelistas, quatuorque Doctores interpretatur
& copulat, ut unus loqui videatur, ipseque unus ita
loquitur ut quatuor animalia, legendibus loquan-
tur. Loquitur inquam verissimè sine contagio fal-
Ex Cle-
sitate, clarissimè sine tædio obscuritatis, utilissimè 6. Am-
sine vitio curiositatis, ut non immeritò quidam brof.
frequentare solitus fuerit, *ille sciat se valde præfe-
catho-
cisse, cui Thomas valde placebit*. De B. Aloysio Gon-
rinnus.
zaga narratur, quod in unius B. Thomæ (cujus non *Ejus vi-
ta l. 2.*
batur, sed etiam docendi ordinem atque perspicui-
tatem & doctrinam ab errorum periculo semotim
amabat) monumentis acquiescebat, aded ut præter
biblia, hujusque Doctoris summam nihil librorum
haberet, pro alijs facilem æstimans ad communem
bibliothecam recursum, hujus autem summæ le-
ctionem nullo tempore studiosius non esse neces-
sariam. Quid? quod & Græci Latinorum fre-
quenter*